



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Albertus C. 7. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

228 VITÆ SANCTORUM. 7. April.
quia quod tribulationis sustinens, momenta-
neum est, quod gloriæ præstolaris, æternum
est; leve est, quod toleras, pondus, quod ex-
spectas. S. Petr. Dam. 1.8. ep. 6.

S. AIBERTUS C. 7. Aprilis.

AIBERTUS statis à puero precatio-
nibus somnum distinguebat. Ter-
ram, originis memor, frequenter oscu-
labatur: finemque respiciens, modico
alimento moriturus utebatur. Cùm vi-
tam S. Theobaldi Poëticis vincitam nu-
meris à vano homine demississet altius
in pectus, in loca primùm sola recessit:
Aquilæ deinde specie cucullum sibi of-
ferentis excitatus, ad Monasticen se
vocari intellexit; demum in solitudi-
nem rediit finemque arctioris vitæ ini-
tiis aquavit. Ibi cùm, aditu aquarum
eluvionibus obsezzo, vitæ necessariis ar-
ceretur, Deipara virginum choro cincta
buceam panis in os AIBERTI indidit,
quā exindecibi inopiam annis duobus &
viginti, duobus minùs bibendi deside-
rium sustentavit. Cilicio corpus, imò in-
nocentiam tegebatur; neque enim castitas
eutiūs habet involucrum. Centies quo-
tidie procurans, verba divinæ ad Dei-
param legationis iterabat. Scamno soló-
ve somnum excipiebat, ingratum natu-
ræ exactorem & pretiosi temporis fu-
rem mulctandum, non mulcendum

exi-

8. April. VITÆ SANCTORUM. 229
existimans. Multos à devio in semitam
virtutis, histrionem adeò, cuius quon-
dam odæ mutandi statis occasionem
præbuerant, revocavit; facilis audiendis
pœnitentium criminibus, plusque patris
quàm judicis adferens ad tribunal. Vitâ
ad hunc modum in annum quinquagesi-
num prolatâ, rebus humanis eximitur
anno M. C. XXIV. & nunc quoque non
nisi uno cibo pascitur, A S P E C T U D E I.

Ex Sur. & Lippel.

Inter pressuras & ærumnas ad illum
semper oculos erige, qui te paratus est, post
flagella, dulcedinis suæ gremio confovere;
qui te post turbines & procellas in supernæ
quietis amœnitate constituet, & ab oculis
tuis lacrymas linteo consolationis abster-
get. S. Dam. 1. 8. ep. 6.

S. WICTERPUS EPISC. 8. Aprilis.

D E W I C T E R P O Gallia contendit &
Bojaria. sed cælum pridem litem di-
remet, cum sibi illum vindicavit verior
patria. Pontifex Augustæ, fundum
quem ad Julias fuaces habebat, Eptati-
cum, DD. V I R G I N I & Laurentio do-
navit, locumque eum velut ad sanctio-
res ferias Tusculum habuit, frustra
Henrico Antistite etiam mortuum inde-
auferre admittente, cum vel M A R I A
W I C T E R P U M suum nollet dimittere,
vel W I C T E R P U S à M A R I A suâ
nol-

P 3.

nol-